



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Vtrum de licentia confitentis possit sacerdos dicere quæ habet in
confessione? 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

SED contra est, quod solus sacerdos minister huius sacramenti. Sed sigillum confessionis est commune huic sacramento. Ergo solus sacerdos habet sigillum confessionis.

¶ Præterea, Ideo aliquis tenetur ea quæ in confessione audit, celare: quia non scit ea ut homo, ut Deus. Sed solus sacerdos est minister Dei. Ergo ipse solus tenetur occultare.

RESPONDEO dicendum, quod sigillum confessionis competit sacerdoti in quantum est minister huius sacramenti, quod nihil aliud est, quam debita confessio celandi; sicut clavis est potestas abscondendi. Tamen sicut aliquis qui non est sacerdos, in quo casu participat aliquid de actu clavis, dum confessionem audit, propter necessitatem: ita etiam participat aliquid de actu sigilli confessionis, & tenetur celare, quamvis proprie loquendo sigillum confessionis non habeat.

Et per hoc patet solutio Ad obiecta.

ARTIC. IV.

Vtrum de licentia confitentis possit sacerdos etiam alium, quod habet sub sigillo confessionis, alteri prodere?

47

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod de licentia confitentis non possit sacerdos etiam alium, quod habet sub sigillo confessionis, alteri prodere. Quod enim non potest superior, non potest inferior. Sed Papa non potest aliquem licentiaré, ut peccatum quod habet in confessione, alteri prodere. Ergo ille qui confitetur potest ipsum licentiaré, ut peccatum quod habet in confessione, alteri prodere.

¶ 2 Præterea, Illud quod est institutum pro bono commune, non potest ex arbitrio vniuersi mutari. Sed celatio confessionis est instituta pro bono totius Ecclesiæ; ut homines confidentius confessionem accedant. Ergo ille qui confitetur potest licentiaré sacerdotem ad dicendum.

¶ 3 Præterea, Si possit licentiaré sacerdotem

deretur dari pallium malitiæ malis sacerdotibus: quia possent prætere sibi licentiam datam; & sic impune peccarent; quod est inconueniens. Ergo videtur quòd non possit à confitente licentari.

¶ 4 Præterea, Ille cui iste peccatum reuelabit, non habebit peccatum hoc sub sigillo confessionis, & sic poterit peccatum publicari, quod iam deletum est: quod est inconueniens. Ergo non potest licentari.

SED contra, Superior potest remittere peccatorem cum litteris ad inferiorem sacerdotem de voluntate ipsius. Ergo de voluntate confitentis, potest sacerdos peccatum alteri reuelare.

¶ Præterea, Qui potest aliquid facere per se, potest etiam per alterum facere. Sed confitens potest peccatum suum quod fecit, per se alteri reuelare. Ergo etiam potest per sacerdotem hoc facere.

RESPONDEO dicendum, quòd duo sunt, propter quæ tenetur sacerdos peccatum occultare. Primo & principaliter, quia ipsa occultatio est essentia sacramenti, in quantum scit illud vt Deus, cuius vicem gerit in confessione. Alio modo, propter scandalum vitandum. Potest autem cõficens facere, vt illud quod sacerdos sciebat tantum vt Deus, sciat etiam vt homo: quod facit, dum licentiat eum ad dicendum. Et ideo si dicat, non frangit sigillum confessionis: tamen debet cauere scandalum, dicendo: ne fractor sigilli prædicti reputetur.

Ad primum ergo dicendum, quòd Papa non potest licentari sacerdotem ad dicendum: quia non potest facere quòd illud sciat vt homo; quod tamen facere potest ille qui confitetur.

Ad secundum dicendum, quòd non irritatur illud quod est institutum propter bonum commune: quia sigillum confessionis non frangitur, quum dicitur quod alio modo scitur.

Ad tertium dicendum, quòd ex hoc nõ datur aliqua impunitas malis sacerdotibus: quia imminet eis probatio (si accusatur) quòd de licetia cõfitentis reuelauerint.

Ad quartum dicendum, quod ille, ad quem
 peccati deuenit mediante sacerdote, de volun-
 te confitentis; participat in aliquo actu sacerdotii
 ideò simile est de eo & de interprete, nisi forte
 cator velit quod ille absolute sciat & libere.

ARTIC. V.

*Utrum illud quod quis scit per confessionem, & alio
 aliquo alio modo, possit alteri reuelare?*

48

AD quintum sic proceditur. Videtur, quod
 quod quis scit per confessionem, & etiam
 quo alio modo, non possit alteri reuelare. Non
 frangitur sigillum confessionis, nisi dum peccatum
 quod scitur in confessione, reuelatur. Si ergo inter-
 uelet peccatum quod in confessione audiuit, in-
 tercumque alias sciat, sigillum confessionis fran-
 gere videtur.

¶ 2 Præterea, Quicumque confessionem
 audit, ei obligatur ad hoc quod peccata ipsius
 reuelat. Sed si aliquis promitteret alicui tene-
 re priuatum quod ei diceretur, quantumcumque alias
 deberet priuatum tenere. Ergo quod quis in con-
 fessione audiuit, quantumcumque alias sciat, priuatum
 habere.

¶ 3 Præterea, Duorum quod est altero
 prius, trahit ad se reliquum. Sed scientia, qua quis
 peccatum ut Deus, est potentior & dignior scientia
 qua scit peccatum ut homo. Ergo trahit ad se
 & ita non poterit reuelare, secundum quod scit
 qua scit ut Deus, exigit.

¶ 4 Præterea, Secretum confessionis iniuriæ
 est ad vitandum scandalum, & ne homines a con-
 fessionibus retrahantur. Sed si aliquis posset
 illud quod in confessione audiuit, etiam si aliter
 sciret, nihilominus scandalum sequeretur. Ergo
 modo potest dicere.

SED contra, Nullus potest alium obligare ad
 non erat obligatus, nisi sit suus prælatus qui
 eum præcepit. Sed ille, qui sciebat alicuius